

dum, nec habent esse intensem, & remissum: sed hoc concedunt Philosophi tantum formis accidentibus. At si forma procederet in materia in gradu remesso; per generationem vero acquireret gradum intensem, talis forma pateretur intentionem, & remissionem.

*Obiectur.*

Obiectum communiter: Nisi aliquid formam praexistat in materia, omnis generatio erit creatio, quia forma, que producetur, fiet omnino ex nihilo, ergo creabitur.

*Resp.*

Resp. ad hanc, & huiusmodi obiectiones formam fieri ex nihilo sua actualitatis, sed fieri ex aliqua ratione seminali, ob quod non debet dici creatio; creatio enim non modo nullam supponit entitatem actualitatem rei creandae, sed nequidem rationem seminalem.

*Num. 59.  
Formæ substan-  
tiales  
praestantur in  
materia, se-  
cundum su-  
as virtutes  
seminales.*

*Resolutio itaque secunda fit:* Formæ substanciales praecedunt in materia secundum suas virtutes semifinales, & non modo in potentia materie indistincta à materia, vt vult communis opinio, & agens naturale per generationem, virtutem illam semifinalem educit extra gremium materia, sicutque facit formam actu existentem. Exemplifico (ceteris tamen paribus, nam comparationes ordinariè claudicant) materia prima se habet vt terra, in quam, vbi immisla sunt variarum herbarum, arborum, &c. semina, illa terra dicitur habere rationes semifinales dictarum herbarum, arborum, &c. illa autem semina sunt quid distinctum à potentia, quia terra est capax recipere illas herbas actu existentes illisque ornari: ita materia prima ultra suam entitatem habet etiam istas rationes semifinales, ita vt potuerit Deus, si volueret, creare materiam, & non indere illiusmodi rationes semifinales, imò de facto non ipsi concessit rationem semifinalem animæ rationalis: si autem Deus materiam denuo datam illis rationibus semifinalibus condidisset, ipfaque sic perseveraret, nunc omnes formæ deberent creari. Et hæc fortasse de causa Avicenna non existimat rationes semifinales formarum praesertim in materia, induxit fuit dicere formas ab aliqua intelligentia creari. Nostra autem resolutio non videtur in sensu differre ab opinione Iohannis de Bacone tenentis, vt vidimus, quod qualibet forma educenda de potentia materiæ praestit in materia in quodam esse potentiali, quod sit res differens à materia, & à quacunque alia forma.

*Prob. primo  
Resolutio.*

Probatur primo Resolutio expressa S. Augustini autoritate super Genesim ad litteram, ait enim referente Argentinâ in secundo distinet. 18. art. 2. tria est rerum naturalium principia, nempe materiam, formam, & rationes semifinales, quas rationes semifinales posuit pro eo, pro quo Aristoteles posuit priuationem: Et certè meo iudicio melius ponentur ista rationes semifinales pro principio in fieri, quâni ipsa priuatione, quia priuatione dicit in recto carentiam formarum; in obliquo vero aptitudinem ad illas: at ratio seminalis dicit in recto aptitudinem ad formam; & in obliquo carentiam formæ: principia autem rerum naturalium rectius explicantur per quid positivum, quam per quid negativum, igitur ratio seminalis ipsius forma, & materia prima erunt principia generationis, seu compositi Phisici in fieri, & materia, & forma in actu, principia compositi in actu esse,

Ex qua doctrina evidens est, quod cum priuatio formæ sit in materia ante formæ aduentum, potiori iure rationes semifinales præcedent in materia ante aduentum formæ. Confirmatur: Omnis priuatione supponit aliquid positivum, at priuatione formæ in subiecto apro importat propositio aptitudinem, quam aptitudinem importat, & de se dicit ratio seminalis, ergo ratio seminalis formæ præterit in materia, & melius dicitur principium Physicum, quâni priuatione. Adde quod priuatione respicit se solam materiam; at ratio seminalis, & materiam, & formam, importat enim capacitatem in materia ad recipiendam formam, & dicit quandam formæ veluti inchoationem in materia, non quidem actualiæ, sed semifinaliæ, seu potentialem.

Probatur secundo etiam alijs evidenterissimi Secundus. D. Augustini testimonij lib. 5. cap. 23. super Genesim, vbi ait, quod sicut in grano inuisibiliter sunt omnia simul, quæ per tempora in arborem surgunt, nempe ramæ, radix, poma, &c. Ita & ipse mundus cogitandus est habuisse, cum Deus omnia simul creauit, & lib. 6. cap. 13. ait, quod quando omnia formata sunt, tunc in illis inchoata erant omnia alia secundum rationes primordiales, & semifinales, quæ postea tractu temporis in mundo sunt producta, ponitque exemplum S. Augustinus in semifinalibus, in quibus terra nascientia, & animata, quæ modè sunt, habent in se rationes semifinales omnium aliorum, quæ ex illis nascuntur postea, vides quomodo nihil sit evidenterius mente. D. Augustini in fauorem rationum seminalium in materia prima.

Probatur tertio hac ratione: Nisi formæ Tertiæ. præcedant in materia secundum alias rationes semifinales, necessariò erit admittendum, quod cuiuslibet formæ productio sit creatio; sed hoc non debet admitti, ergo formæ præcedunt in materia secundum rationes quasdam semifinales. Minor conceditur: maior vero probatur: tunc est creatio, quando res in actu distincta ab alia re productorū propriâ productione alterius, & nihil eius praefuit, sed secundum aduerfarios nihil formæ præcessit in materia, ergo forma vere debet dici creari, quando productur.

Respondent formam non fieri, sed compositum. At hoc stare non potest, nam quod de nouo habet esse, dicitur fieri. Sed forma de novo habet esse, non enim est aeterna: item in propria natura forma est, quâni sit compositum.

Respondent alii ideo formam non creari, quia fit, & edicunt de potentia materia. Sed neque hoc valet: nam insto: dum forma dicitur fieri de materia, & educi de eius potentia, aut sit sicut ex quo, & hoc non, aliquin materia est aliquid formæ; vel aliquid materia transire in formam, in eamque conuerteretur, quod repugnat: vel formam educi de potentia materiae nihil est aliud, quâni quod forma sit in materia, & dependenter ab ea: sed hoc non impedit, quin illa productio diceretur creatio, nam gratia creaturæ, sit tamen in anima sicut in quo, & anima creaturæ in corpore, ergo dicendum, quod dum forma sit, fiat ex aliquo, quod præcessit in materia, quod aliquid vocatur ratio seminalis formæ.

Respon.